



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Regula Sancti Patris Benedicti**

**Benedikt <Montecassino, Abt, Heiliger>**

**Moguntiae, 1604**

XXI. De calculo expensarum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64533)

practicandas, & futuro proximo Capitulo modo quo supra, & duabus Prælatorum partibus approbandas, & confirmandas: quæ deinceps nõ valeant nisi eodem modo quo confirmatæ fuerint reuocari.

7 Terminata verò per anteriora Capitula nolumus qualibet facilitate reuocari; sed si quæ in dubium adduci contigerit, per subsequens Capitulum minimè reuocata, nullatenus proponantur examinanda, nisi de consensu duarum partium Diffinitorum: quæ tamen, ex toto vel in parte reuocari non poterunt, nisi ex nouem Diffinitoribus ad minus octo consenserint. Et quotiescunque aliquid antea, per patrum Decreta ordinatum alterari quacunque de causa contigerit, in Decreto posteriori fiat mentio Decreti prioris. Alioquin Decretum posterius nullum sit, & Decretum prius in suo robore permaneat.

*De calculo expensarum.* CAP. XXI.

POST examinationem Monasteriorum, ante tamen nouorū Officialium, & Prælatorum electionē, Ordinamus quod Diffinitores videant computa Congregationis per Auditores causarum approbata, & per Depositarium adnotata. Ac calculum expensarum anno proximo præterito nomine Congregationis facturum, tam per Præsidentem, & Visitatores, quam etiam alios nomine Congregationis, quacunque ex causa, nec

non debitorum & creditorum. Quod  
sint solliciti, huiusmodi credita exigere, &  
debita solvere.

2. Videant præterea expensas quæ anno  
turo fieri continget, habita consideratione  
id quod defuit vel superfuit de anno præter  
ito, & earum quantitatem in vno folio nota  
Ultimo videant, si qua sit subuentio facta  
aliquibus Monasteriis: & provideant  
solui debeat dicta subuentio, & quanta & quibus  
Monasteriis.

3. Pro subuentionibus autem Monasterio  
rum, & pro exolueno ære alieno Congregatio  
tionis, assignamus Monasteria, S. Pauli de  
be, S. Laurentii Auerfæ, S. Nicolai in Linc  
& S. Pauli de Argon: quorum Monasterio  
rum Prælati & Cellerarii teneantur singulis  
annis soluere eam pecuniarum quantitatem  
quæ per Diffinitores fuerit unicuique impo  
rata. Similiter, & Monasteria Siciliae sibi præ  
scriptam ratam quotannis cum effectu cau  
uant Patribus Depositariis ad hoc deputatis  
sub pœna suspensionis Prælati, & aliis Ob  
dialibus, quorum culpa non fuerint prælati  
ptæ pecuniæ exsoluæ.

4. De quinquennio autem, in quinquen  
nium renouetur taxa Monasteriorum.

5. Et ne Patres Monasteriorum in subuen  
iendo alterutrum pro necessitatibus emer  
gentibus remissiores fiant: declarando constitu  
imus, quod si pro acceptione alicuius Monasterii,  
sterii, vel aliis causis contingat aliquas expen

fas pro Congregatione fieri, satisfiat sumptibus Congregationis: quæ postmodum à Monasterio pro quo factæ sunt, per Visitatores vel alios ad id deputatos exigantur.

6. Non omittant præterea providere, vt solvatur census annuus vnciæ vnius auri: quem Congregatio tenetur annuatim solvere in Festo Apostolorum Petri & Pauli Cameræ Apostolicæ, in signum perpetuæ libertatis.

7. Omnibus itaque maturè, ac diligenter consideratis, si pecuniæ defunt, imponantur cuilibet Monasterio taxæ plures vel pauciores: prout necessitas exegerit, cum præfixione termini ad soluendum, ac quibus, & vbi solvi debent.

8. In solutione autem pecuniarum, quæ per singulos annos à Monasteriis nostris Romæ facienda est, singula Monasteria integrâ summam quam debent, impensa sua propria Procuratori vel agentibus pro Congregatione in Vrbe Roma repræsentent: aut Quæstores Congregationis Venetiis, & alibi omne dispendium singulis Monasteriis expensum ferant, quod ipsorum Monasteriorum causa à Congregatione in communi sustinebatur tam cambiorum causa, quàm aureorum numum ponderis defectu.